



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

35. Quid sit de illorum, qui ministrant hoc sacramentum sine clerico  
subseruiente?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

QVÆSTIO XXXV.

Quid sit de illorum, qui ministrant hoc sacramentum sine Clerico subseruiente?

Quæstionis explicatio.

Contigit subinde peste corripī & mori clericum, quem matricularium vocamus, qui in ministracione sacramentorum pastorī subseruire obligatus est, nec prece, nec pretio alium reperiri posse, propter periculum contagionis: Huius occasione queritur, quid censendum sit de modo ministrandi illorum, qui nullo comitati clerico sacramentum hoc dispensant?

Responsio.

Potest tolerari, vt patet ex responsione

(a) Alexandri III. Pontificis, qui interrogatus hac de re dixit: *Nos tibi duximus respondendum, quod sacerdos vno presente Clerico etiam solus potest infirmum vngere: Que verba Glossa bene interpretatur de casu necessitatis, hoc est, quando minister haberi non potest; (a) Necessitas enim legem non habet, & (c) quod alias illicitum est, necessitas licitum facit.*

*a de verb. sig. gñif. c. 14.*

*b c. 4. de Con. suetudin.*

*c c. 4. de reg. iuris.*

Ratio potest reddi inspecta natura huius sacramenti, siue vnctio fiat per ver-

Gg 2 bum

bum indicatiui modi, dicendo (vngo) vel per verbum deprecatiui dicendo (vngate Deus) quocunque enim istorum modorum loqui debeat sacerdos, potest solus nullo comite assistente illa vere proferre, quia nullius alterius in hoc eget ministerio. Et confirmatur, quia (vñ in nostris parochialibus videre est) nullum requiritur à Clerico subseruiente ministerium, nisi circa ritus quosdam accidentales, quos in casu peltis communiter omittimus, postea coram omnibus in ecclesia recitandos.

Dices: Quid si mulier parata sit sacerdoti seruire, præstabitne mulieris opera vñ, quam sine clerico ministrare?

R. Præstat sine mulieris opera. Hoc indicare videtur Pontifex cum dicit: *sacerdotem solum si clericus haberi non potest, agros mungere posse.* Et clarius colligitur ex Concilio (a) Nametensi, vbi dicit, *prohibendum esse, vt nulla foemina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare?*

Neq; obstat, quod videatur loqui de ministerio altaris, quia eadem ratio in hoc casu militat, per se enim indecens est, & contra reuerentiam sacramentis debitam, vt foemina circa illa ministerium exhibeat, quæ iubentur ab (b) Apostolo, *in ecclesia tacere, & capita sua velare.*

QVÆ

a 63.

b 1. Cor. II.